UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Anonymus Iapon.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

Visual Library

nuæ anni 1650. & Mortes illuſtres. Mors illius, alijs vitæ laudibus par fuit. Etenim inter miſeranda, & veterum Eccleſiæ calamitatum ſimillima Hiberniæ verè Catholicæ turbamenta, cùm apud Anglos hæreticos increbuiſſet quòd Sacerdos eſſet, ac Ieſuita (quæ duo nomina illis immortaliter exoſa, & nō vno ſanguine ſunt perfuſa) per pedes ab illis correptus, è lectulo extractus, per domum raptatus, quaquauerſū alliſus, fuſtibus cōtuſus, effractis ad collū, & humeros oſſibus ſemianimis relictus, cùm grauior etiã ętas hiſce ferendis impar eſſet, quarto poſt die, id eſt hoc die, doloribus glorioſis & vitâ defũctus eſt. *Fidess.*

*Anonymus Iapon.* Coad. *Iapon. in Iaponia*

Literæ P. Petri de Boſchere *18. Iunij 1614.*

re

re Vlyſſiponæ datæ aiunt; hunc variè cruciatum, laniatum, & in aqua gelida per 70. dies ita merſum, vt capite tantùm emineret: demum gloriosum agonem abſciſſo capite conſummaſſe.

**P. Franciſcus Paciecus, & Socij.**

*Luſitanus. Nangaſachi 20. Iunij 1626. ætat. 60. Soc. 41.*

Iaponiæ domicilia omnia cùm regeret, anno 1628. 18. Dec. captus, vinciri petijt: ſed negabāt Iaponij fas eſſe vinciri Sacerdotes necdum ritè damnatos. Decennis puer cùm eſſet, auditâ de martyrū gloria diſſertatione, ita exarſit, vt martyrij quærendi votum conceperit. Ab anno 1592. in India & Iaponia magnis attritus laboribus ac ærumnis, tandē cum quatuor ſocijs catechiſtis in fidei odiū ad ignem damnatus, conflagrauit.

*Deſid. martyrij.*

P. Ioan-